



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer quidam grauißimè calculo laborans, ab eodem liberatur, pij patris
pijssima precatione ad virginem facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

apud Camberonam in Hamonia.

85

MULIER GRANDE EVADIT
vite periculum ad invocationem
B. Virginis.

CAPVT XVIII.

ANno supra millesimum quadringentesi-
mo decimo, mulier quædam sub asseres
molendini, ad Abbatiam spectantis, lapsa, to-
ta fuit aquis cooperta. In hoc periculo non
segniter beatam Virginem deprecans ad ri-
pam appulit sana, omnisque doloris expers.

PVER QUIDAM GRAVISSIME CAL-
culo laborans, ab eodem liberatur, pij patris
pijssima precatone ad virgi-
nem facta.

CAPVT XIX.

EOdem anno quo supra Rogerij cuiusdã
filius ita calculo laborabat, vt nec vri-
nam facere, nec somnum capere, nec vsquam
subsistere posset præ doloris vehementia. Pa-
ter filio compatiens nunc huc, nunc illuc e-
um peregrinationis ergo deferebat. Tandem
venit Camberonam, vbi misericordem æ-
grotum patronam inuocauit, promissa quoti-
annis peregrinatione. Finita precatone, se-
quenti die pater filium bene valentem Cam-
bero-

D 7

bero-

beronam reportat, eumque gloriosa Virgine
non sine lacrymis offert, & dedicat.

PUER DE VIT A SUMMO PER
periclitans, propter transmissum ad guttur
lapillum persicum, ab eodem periculo liber factus,
eum parentes B. virginis deuouerunt peregrinum,
& cum eo Camberonam per-
reuerunt.

CAPVT XX.

ANNO supra millesimum quadringentesimo
duodecimo filius Ioannis Fenai Camberonæ
Sancti Vincentij agens, lapillum persicum ad guttur
vsque transmiserat: quem per quinque horarum
spatium, nec extrahere nec violento spiritu reijcere
posset, nihil magis imminere quam præsens
mortis periculum, vt scilicet suffocaretur. Parentes
illius deuouerunt Virgini Matri peregrinum,
eoque Camberonam venerunt: sed venerationis
& iurisdictionis Abbatie artigenis, puer &
lapillum suapte sponte reiecit, & ad
plenum conualuit.

HOMO TIBIIS LABORANS PER
15. annos, à suo cruciatu liberatus est,
pia ad B. Virginem susceptione
gratione.